Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



recordatus est petrus verbi quod
dixerat ei ihs: Priusq; gal
lus cantet bis ter me negabis.
Et cepit flere. Et continuo
mane consilium facientes fi
lii sacerdotes cum senioribus et
scribis et universo concilio vin
cientes ihsum. duxerunt et tradi
derunt pylato. Et interroga
uit eum pylatus. Tu es rex
iudeorum: At ille respondens ait
illi. Tu dicis. Et accusabat
eum filii sacerdotes in multis.
Pylatus autem rursum interroga
uit eum dicens. Non respondes quid
hi de te testantur. Ihs
autem amplius nichil respondit:
ita ut mirarentur pylatus. De
die autem festum dimittere sole
bat illis unum ex vinctis quem
cumq; petissent. Erat autem qui
dicebatur barrabas qui cum
seditiosis erat vinctus: qui in
seditione fecerat homicidium.
Et cum ascendisset turba cepit
rogare sicut semper faciebat illi:
Pylatus autem respondit eis et dixit.
vultis dimittam vobis regem
iudeorum: Sciebat enim quod propter
invidiam tradidissent eum summi sa
cerdotes. Pontifices uero con
citauerunt turbam: ut magis
barrabam dimitteret eis. Py
latus autem respondens ait illis:
Quid ergo vultis faciam re
gi iudeorum: At illi iterum clama
uerunt. Crucifige eum. Pylatus
uero dicebat eis. Quid enim ma
li fecit: At illi magis clama
bant. Crucifige eum. Pylatus autem
volens populo satisfacere dimi
sit illis barrabam. et tradidit
ihsum flagellis cesum. ut cruci
figeretur. Milites autem duxerunt
eum intro in atrium preto
rium et conuocant totam cohortem. et indu
unt eum purpura. et imposu
erunt ei plectentes spineam co
ronam. et ceperunt salutare eum.
Ave rex iudeorum. Et percu
debant caput eius harundine.
et conspuebant eum. et ponen
tes genua adorabant eum.
Et postquam illuserunt ei exu
erunt eum purpura et induc
erunt eum vestimentis suis. et e
duxerunt illum ut crucifigerent
eum. Et angariauerunt prae
tereuntem quemdam simonem cy
renaeum venientem de villa
patrem alexandri et ruffi:
ut tolleret crucem eius. Et
peduxerunt illum in golgatha lo
cum. quod est interpretatum calua
rie locus. Et dabant ei bibere
mirratum vinum et cum accepisset
non. Et crucifigentes eum diui
serunt vestimenta sua mittentes
sortem super ea: quis quid
quis tolleret. Erat autem hora